

Stipulationibus: in reliquis rebus que ex scripto aguntur: posse controuersias easdem existere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. Nec soluz ppetue actiões: sed et ptes orationis iisdem locis adiuuant ptijs ppijs: ptijs cōibus. Ut in principiis quibus vt beniuoli. vt dociles. vt attenti sint qui audiant. efficiendum est proprijs locis: Itemqz narrationes. vt ad suos fines spectent idest vt plane sint: vt breues. vt euidentes. vt credibiles: vt moderate. vt cum dignitate. Que q̄q̄ in tota oratiōe debent esse. magis sunt propria narrandi. Que autē sequitur narrationem. fides ea persuadendo. quoniam perficitur qui ad persuadendum loci maxime valeant. Dictum est in his. in quibus de omni ratione dicendi. peroratio autem et alia quedam habet: et maxime amplificationem. Cuius effectus hic debet esse. vt aut perturbentur animi aut tranquillentur. et si ita iam affecti ante sint. vt augeat eorum motus. aut sedet oratio. Huic generi in quo et misericordia et iracundia et odium et inuidia et cetera animi affectiones perturbantur: precepta supereditantur alijs libris quos poteris mecum legere cum voles. Ad id autem quod te velle senseras cumulate satisfactus esse debet voluntati tue. Nam ne preteriret aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret plura quam a te desiderata erant. sum complexus. scicqz quod sepe liberales venditores solent. Ut cum edes fundum vendiderint ruti cesis receptis. Concedant tamen aliquid emptori quod ornandi causa apte. et loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus. ornamenta quedam volumus non debita accedere.

Finis Topice.

Eiusdem de differentijs Topicis liber primus.



Omnia ratio differendi quā logicen peripatetici veteres appellauerunt in duas distribuit partes: vnā inueniendi: alteraz iudicandi: Et ea quidē pars que iudicium purgat: atqz instruit: ab illis analytice vocata est: a nobis pōt resolutoria nūcupari. Ea vero q̄ inueniendi facultatē subministrat: a grecis topice: a nobis localis dī. Ac de illa qdem parte q̄ iudicandi magistra est: alias disputabitur. Nunc vō consiliū est aperire q̄ sint loci: et que eorū dīe: et qui et quibz apti sint syllogismis. Nec id simplr atqz vniformiter vt esse faciendū: vey duplex est tradenda partitio: vna qdem a grecis voluminibus eruta. Altera vō ex. M. T. topicis sumpta. Atqz in his illud ad perfectionē speculationis est astruendū: vt quibus vtraqz modis diuisio differat: quibusqz conueniat explicet quoqz mō altera

alteram vicissim possit includere. et nunc quidē nō in singulis imozabimur: sed de tota diuisione cōiter disseremus. Locorū tm̄ ex quibus argumenta nascuntur diffinitiones: exēpla dīasqz colligentes. Singula vō pro qualitate opis diligentius in his. viii. voluminibus expedita sunt: quibus Aristotelis topica in latinaz vertimus orationē: vel his. vii. quibz. M. Tullii Topicis lucē plene expositionis infudimus Illic igit̄ cuncta sunt ppijs atqz enodatis partibus expedita. Hic vero q̄ alias per mēbra patefacta sunt: cōi speculatione tractant. Nec dialecticos solū locos: sed et rhetoricos quoue hi inter se atqz a dialecticis differat: cura est exequēdi: vt oibus vndiqz locis plena cōsideratōe propositis eorūqz dīis inter se et cōitibus pernotatis et argumentorū copia comparetur et locorū clara possit esse distinctio. Ut igit̄ cuncta perspicuis rōnibus constent: paulo altius ordiendū est. C̄ Propositio est oratio vey falsumue significans: vt si qs dicat celū esse volubile. hec et enunciatio et proloquiū nūcupatur. C̄ Questio vō est in dubitationem ambiguitatēqz adducta propositio: vt si qs querat: an celū sit volubile. C̄ Conclusio est argumētis approbata ppositio: vt si qs celum ab alijs rebus probet eē volubile. C̄ Enunciatio q̄ppe siue sui tm̄ cā dī: siue ad aliud asferatur approbandū ppositio est: si de ipsa q̄ratur q̄stio est: si ipsa ē approbata cōclusio est. Idē igit̄ est ppositio q̄stio et conclusio: sed differunt mō supradicto



Argumentum est ratio rei dubie faciens si dē. Nō vero idē est argumētū et argumētatio. Nam vis siue ratioqz ea q̄ clauditur oratione cū aliquid probat ambiguum argumētū vocatur. Ipsa vero argumētatio: argumētatio dī. Quo fit vt argumētum quidē virtus et mens argumētationis sit atqz snia. Argumētatio vō argumētū per orationē explicatio. C̄ Locus autē sedes argumētū vel id: vñ ad propositā q̄stionem conueniens trahitur argumētū. Que cū ita sint: singulorū nā diligentius tractāda est: eorūqz per spēs ac mēbra figuratqz diuisio faciēda. Ac p̄ d̄ ppositione dicendū est. Hanc esse diximus orōnem vey vel mendatiū continentē. Huius due sunt spēs affirmatio vna: altera vero negatio. Affirmatio vt si quis sic efferat celum esse volubile. Negatio si quis ita pronunciet celū volubile non esse. Max vō alie sūt vniuersales: alie particulares: alie indefinite: alie singulares. vniuersales vt si quis ita pponat. ois hō iustus est: nullus hō iustus est. Particulares vero vt si quis hoc mō dicat. Quidā hō iustus est. Quidam hō iustus non est. Indefinite hoc mō. homo iustus ē. hō iustus non est. Singulares vero que indiuiduuz: aut quid singulare pponunt: vt Lato iustus est. Lato iustus nō est. Et. n. Lato indiuiduus est ac singularis. Harum vero alias predicatiuas: alias conditionales. C̄ Predicatiue sunt que simpliciter proponuntur. i. quibus nulla vis conditionis adiungitur: vt si quis celum esse volubile simpliciter dicat. At si conditio huic copulet: fit ex duabus ppositionibz vna pditionalis hoc modo. Celum si rotundū est volubile ē. Id enim conditio hec efficit: vt ita demum celum volubile esse intelligatur si sit rotundum. Quoniam igitur alie ppositiones predicatiue sunt: alie conditionales: predicatiuarum partes terminos appellamus hi sunt predicatus terminus et subiectus. Terminos autem verba voco et nomina quibus propositio connectitur: vt in ea propositione qua dicimus. hūno in

Propo
Questio
Conclusio
Argumentū
Argumentatio
Locus
Terminos

sus est. hec duo nomina. i. iustus & hō propositionis
 partes vocamus: easdem et terminos dicimus. Quo
 rum quidē alter subiectus est: alter predicatus. subie
 ctus est terminus qui minor est: predicatus vero qui
 maior ē: ut in ea propositione qua dicitur hō iustus est. hō
 quidē minor est quā iustus. Non. n. in solo hōse esse pōt
 iustitia: verum et in incorporeis substantiis diuinisq;
 Atq; ideo maior est terminus iustus hō vero minor.
 quo fit ut homo quidem subiectus terminus sit iust
 vero predicatus. Quā vero hōi propositiones sim
 plices alter habent predicatum terminū: alterū ve
 ro subiectū a maioris privilegio partis predicatiua
 propositio vocata est. Sepe autē euenit: ut hi termini
 sibi inuicem inueniantur equales hoc mō. homo risi
 bile est. hō nāq; & risibile vterq; sibi equus est termi
 nus. Illā neq; risibile ultra hōsem porzigitur: neq; hō
 ultra risibile. Sed in his necesse est hoc euenire. ut si
 quidem inequales termini sint: maior semper de sub
 iecto predicetur. Si vero equales vterq; conuersa p
 dicatione de se dicatur: ut vero minor de maiori pre
 dicetur: in nulla propositione contingit. Cfieri autē
 pōt ut propositionum partes quas terminos dicim
 non solū in noibus: vtz in orationibus inueniantur.
 Nam sepe oratio de oratione predicatur hoc mō. So
 crates cum Platone & discipulis de phie ratiōe per
 tractat. hec quippe oratio que est cum Platone & di
 scipulis subiecta est. Illa vero que est de phie ratiōe
 pertractat predicatur. Rursus aliquando nomen sub
 iectum est: oratio predicatū hoc modo. Socrates de
 philosophie ratione pertractat. hic. n. Socrates sub
 iectus solus est: oratio vero qua dicimus de phie ra
 tione pertractat predicatur. Euenit et ut supponatur
 oratio: & simplex vocabulum predicet hoc modo. Si
 militudo cum superis diuinisq; substantiis iustitia ē.
 hec. n. oratio per quā profertur similitudo cum supe
 ris diuinisq; substantiis subiicitur: iustitia vero predi
 catur. Sed de huiusmodi propositionibus in his cō
 mētariis: quos in π ε π i ε p. u. h. v. e. d. o. Aristotelis libro
 conscripsimus: diligentius disseruimus. Cōditio
 naliū vero propositionum quas greci hypothetis
 eas vocāt: partes sunt simplices propositiones. Qua
 re propositionis hypothetice pars quidē ea q̄ prius
 dicitur antecedens: que posterius consequens appel
 latur: ut in hac propositione que dicit. Si celū rotun
 dum est volubile est. Rotundum esse antecedit volubile ef
 se consequitur. Harum quoq; alie simplices conditio
 nales: alie vero coniuncte: simplices sunt q̄ predica
 tiuas habent propositiones in partibus: ut ea est quā
 superius diximus. Si celum rotundum est volubile
 est. Rotundum est. n. & volubile est: vterq; diuise ac si
 gillatim intellecte predicatiue sunt. Coniunctarū ve
 ro multiplex differentia est: de quibus in his volu
 minibus diligentissime persperim: que de hypothe
 ticis composuimus syllogisim. Simpliciuū vero hy
 potheticarū propositionum quattuor sunt differentie.
 aut enim ex duabus affirmatiuis categoricis constāt
 ut si rotundum est: volubile est. vtraq; enim affirma
 tiua est: aut ex duabus negatiuis: ut si celum rotun
 dum non est: volubile non est. Nam rotundum non
 esse & volubile non esse: vterq; negationes sunt: aut
 ex affirmatiua & negatiua: ut si quadratum est volu
 ubile non est. Quadratum enim esse affirmatio est: vo
 lubile nō eē negatio est. Aut ex negatiua & affirmati
 ua: ut si rotundum non est: stabile est. Rotundū non
 esse negatio est: stabile vero esse affirmatio. Cōditio

tionum quoq; alie sunt per se notē: & quarū pro
 batio nequeat inueniri: alie quas tamē si animus au
 dientis probet eisq; consentiat: tamen possunt aliis
 superioribus approbari. Et ille quidem quarum pro
 batio nulla est: maxime ac principales vocantur: q̄
 his illas necesse est approbari: que ut demonstra
 ri valeant: non recusant. Est autem maxima pro
 positio ut hec: si de equalibus equalia demas. equa
 lia que relinquuntur sunt. Ita. n. hoc per se notū est:
 ut aliud notius quo probari valeat: non possit esse.
 Que propositiones cū fidem sui nā gerant: non soluz
 alieno ad fidem non egent adiumento: verum ceter
 is quoq; probationis solent esse principium. Igitur
 per se note propositiones: quibus nihil est notius: in
 demonstrabiles: ac maxime & principales vocantur.
 Que vero quāuis auditoris iudicio comprobētur: hnt
 tñ aliquid notius naturaliter: ex quo si de eis fiat q̄
 stio: velut ex alieno fidem capiant: hec demonstrabi
 les ac minores posterioresq; dicuntur. Et de proposi
 tionibus quidē ista sufficiant. Questio vero dubita
 bilis est propositio in qua necesse est eadē fere oīa cō
 siderari: que duduz in propositione dicta sunt. Alie
 nāq; sunt simplices: alie cōposite. Simples ut hec q̄
 ex simplici propositione descendunt hoc mō: ut si q̄
 ratur: an sit celum volubile. Hec. n. ab ea venit pro
 sitione q̄ dicit esse celum volubile. At si ex conditiona
 li cōposita propositione principū sumat: ipsa erit con
 ditionalis atq; composita hoc mō. an si celū rotundū
 est volubile est. hec nāq; a conditionali propositione
 sumpsit initium que est. Si celū rotundū est: volubi
 le est. Et q̄stio ergo alia quidē predicatiua est: alia cō
 ditionalis. Quo fit ut eadē sint partes quoq; q̄stio
 nis: q̄ dudum esse dicte sunt propositionis. Cōditi
 catiue igitur questiones habent terminum predicatū
 atq; subiectum: ut in ea qua dubitatur: an celū sit vo
 lubile. Nam volubile predicatur: celū vero subiectus
 est. Maior. n. est terminus volubile q̄ celum. Neq;
 .n. solum celū volubile dici pōt: Que vero coniuncta
 est questio. habebit partes q̄s antecedit: & quod seq
 tur: ut in ea que dicit: an si celum rotundum est volu
 bile est. Antecedit quidē rotundum esse. sequit vero
 volubile esse. Que cum ita sint: in predicatiua sola q̄
 stione dubitatur: an subiecto termino predicatus in
 hereat. In hypotheticis vero q̄stionibus id tm̄ que
 ritur: an illam rem q̄ precedit: comitetur id quod seq
 uens esse proponitur. Oīa vō que de predicatiuis p
 positionibus dicta sunt. i. q̄ alie vniuersales: alie p
 ticulares: alie indefinite: alie singulares: eadē dici et
 in predicatiua questione conuenit. Hoc. n. tm̄ questio
 a propositione diuersa est: q̄ propositio vel enunciati
 ua simplr: vel aliud probans oratio est vtz: falsūne si
 gnificans. Questio vō cum sit ipsa quidem oratio: tñ
 est dubitabilis propositio. Addita igitur dubitatione
 que in propositione considerantur: eadem et conue
 nit in questione tractari. Questionis autē due sunt
 species: vna que dicitur a dialecticis thesis: hec hu
 iusmodi est: que de re ceteris circūstantiis nuda que
 rat ac disserat. Quales a dialecticis maxie ad dispu
 tationem sumuntur: ut voluptas ne summū bonū sit.
 Ducenda ne vxor: hec a nobis ppositio vel propo
 situm dicitur. Altera vero est que vocatur a grecis hy
 pothesis: a nobis dicitur causa: hec questio est perso
 nis tpibus factis ceterisq; circūstantiis implicita ea
 est hōi. Jure ne Licero in exilium dubio. R. p. d.
 tēpore detrudat quia iniussu Ro. populi ciues. Ro
 manos

Terminū minor
 subiectus ut hō
 maior. p. d. r. a. g.

Terminū cōditio
 nis

Intra q̄da fōrā ali
 quādo hōmīnū

Conditionalium
 partes

manos necauerit. Primum autem duplicis questionis subdiuisiones alias esse necesse est: et thesis quidem philosophis: hypothesis vero oratoribus attributa est. Sed eius quidem questionis que est hypothesis posteriorius diuisiones dabo. Nunc vero de thesios diuisione pertractabo que in quatuor diuiditur species. In omni enim dialectica questione predicatiua dubitatur: an ei quod subiectum est: id quod predicatur inhereat. Cum vero aliquid alicui esse proponitur: id aut maius erit eo de quo predicatur eius substantialiter inesse contenditur. Aut maius quod eo erit: sed non de eius substantia predicabitur: aut ei erit equale: et in substantia predicabitur: aut ei erit equale: et minime eius substantiam continebit. Nam ut id quod minus est de eo quod maius est: predicem fieri non potest. Sed si tale est quod in questione proponitur ut subiecto sit maius: et de subiecti substantia predicetur erit genus. omne enim genus est maius eo de quo predicatur: et de substantia eius dicitur: ut animal hominis. At si maius quidem fuerit: sed minime de substantia eius predicetur: erit accidens: ut album homini quod si equale quidem sit: substantiale: subiecti erit diffinitio: ut animal rationale mortale homini: hec namque conuertitur: et subiecti. id est hominis substantiam monstrat. quod si equale quidem sit sed a ratione substantie seiuunctum erit proprius: ut risibile homini. Itaque dialectice simplices questiones: aut de genere: aut de accidente: aut de diffinitione: aut de proprio sunt. Possunt vero fieri etiam de differentia: cum queritur celestia corpora an rationalia sint nec ne: vel cum dubitatur ea ne sit tyranni ac principis differentia quod hic legibus sumpsit imperium: Ille violente dominatione populum premit. Sed tantum est de differentia querere: quantum si de genere dubitetur. Aut enim constitutiua erit differentia: aut diuisibilis. Sed si constitutiua fuerit: quasi generis obtinet locum ut rationalitas homini: vel si ratione degunt celestia corpora: celestibus quoque corporibus. At si diuisibilis velut species consideratur: omnis enim species cum diuisibili differentia est: quod si differentia nunc quodam generis: nunc vero speciei loco est: ambigi non potest: cuius de ea queritur de genere dubitari. Accidere vero potest ut aliquid in certamen comparatione ducatur: velut cum ambigitur: an melior sit fortitudo iustitia. Sed hec questio in accidentis necesse est dubitatione ponatur. Namque ad comparationem nihil nisi accidens venit: hoc enim solum recipit magis et minus. Rursus potest fieri de eo quod est idem certamen: ut an idem sit vtile quod honestum. Sed hec questio diffinitioni est agreganda. Quarum enim rerum eadem est diffinitio: ipse quoque sunt eadem. Quarum vero diuersa substantie ratio est: ipse etiam sunt diuersae. Igitur simplicis dialectice questionis recte quatuor species esse dicuntur: de quibus sufficenter dictum est. Nunc igitur de conditionalibus questionibus tractandus est: quarum quod alie constant ex affirmatiuis duabus: alie ex duabus negatiuis: alie ex affirmatiue et negatiue: alie ex negatiue et affirmatiue. Si igitur ex duabus affirmatiuis conditionalis constat propositio: id queritur an affirmatio affirmationem sequatur. quod si ex duabus negatiuis propositio iuncta sit: id in decertatione est: an negatio negationem comitet. quod si ex affirmatiue et negatiue: vel negatiue et affirmatiue copuletur id ambigitur: an affirmationem negatio: an affirmatio negationem comitet. Ac prius quidem eius questionis diuisio facienda est: in qua disceptat: an affirmationem affirmatio consequatur que

predicatiuarum questionum non effugit diuisiones. Nam ut precedat aliquid et aliud consequatur: in his fere rebus enenire solet quod paulo superius commemorari. Spem quippe sequitur genus vel differentia vel diffinitio vel proprium vel inseparabile accidentis. Item proprius aut diffinitionem sequitur species. proprium vero sequitur differentia et diffinitio: et diffinitionem sequitur proprium vel differentia hoc modo. Nam si homo est animal est. et si homo est rationale est. et si homo est animal rationale et mortale. est et si homo est risibile est. Si etiops est niger est. Si risibile est homo est: si animal rationale mortale est: homo est. Si risibile rationale est. Si risibile est animal rationale mortale est. Si animal rationale mortale est: risibile vel bipes est. Preter hec autem alias quidem effectus causa: alias quod effectum causa sequitur: effectus causa ita. Si sol prelo est lucet: effectum causa hoc modo. Si quid exustum est ignis affuit: vel sic. Si sol videtur lucet. Item totus sequuntur partes: ut si integra domus est: et tectum et parietes et fundamentum consistunt. Modus etiam sequitur nomen principale: ut si iustitia bona est: et quod iuste bonum est. Nomen etiam principale sequitur modum: ut si quod iuste est bonum est: et iustitia bona est. Accidentia quoque comitatur id quod subiectum est: ut si album est corpus est. Que cum ita sint: conditionalis quoque simplicis ex duabus affirmationibus copulate illa fere diuisio est questionis quod in ea vel de genere vel de proprio vel de diffinitione vel de accidente: vel de causa atque effectum vel toto ac partibus vel de modo ac principali nomine dubitetur. Atque hec de ea questione intelligenda sunt: que cum sit hypothetica simplex: ex duabus tamen iungitur affirmatiuis. In his deest et differentia illas quoque considerare necesse est questiones: que ab his veniunt propositiuis que ex utraque negatiue consistunt. Nam si genus non est species non est. Item si differentia vel diffinitio vel proprium non sit: species non erit. Et de ceteris quod que superius dicta sunt: eodem modo considerandum est. Quicquid enim antecedit ut aliud consequatur: si id quod sequitur non fuerit: nec illud est quod antecedit. Eax vero questionum que ex affirmatione et negatione consistunt: illa fere diuisio est: quod vel in diuersis generibus vel in diuersis speciebus vel in contrariis: vel in priuatione atque habitu continetur: ut enim affirmatio negatio consequatur: aut diuersum ponitur genus: ut quod ab eo diuersus est abnuatur hoc modo. Si homo est albedo non est: vel si substantia est qualitas non est: vel si sub eodem genere diuersae species proponantur hoc modo. Si homo est equus non est: vel si contraria: si album est nigrum non est: vel si priuationes: si cecus est non videt: et postremo in omnibus: quecumque eadem non sunt evenit. Si vnus est alterum non est. Ita ut proposita affirmationem negatio comitetur: aut diuersa erunt genera: aut diuersae species: aut contraria: aut priuatiua: vel quolibet alio modo sibi iuncte inconuenientia. Ut autem negationem affirmatio consequatur que erat quarta conditionalis propositiuis differentia fieri non potest nisi in his contrariis quod medio carent: et quorum alterum semper inesse necesse est hoc modo. Si dies non est nox est. Si tenebre non sunt lux est. Facta igitur predicatorum questionum ac conditionalium diuisione illud insuper videtur esse addendum: quod omnis questio vel ex ratione differendi vel ex naturali vel ex mortali trahitur speculatione. Ex differendi ratione hoc modo an affirmatio et negatio species sint enunciatiuis. Ex naturali ita an celum rotundum sit. Ex mortali sic: an virtus ad beatitudinem sola sufficiat. Preterea questio omnis vel simplex vel composita est. Simplex affirmationem et

negatione diuidit ita vt totus alteri affirmare alteri negare necesse sit hoc mō . an celū rotūdū sit nec ne. hic enī vna ps questionis affirmationē tenet alia negationē. Illā cū alter esse defendit affirmat: alter vō negat cū nō esse cōtēdit. Composita vō q̄stio est que in plures distrahit affirmaciones hoc mō. vtrū celū rotūdū sit an quadratū an longū an cuiuslibet alterius forme. hic enī plures affirmatiōes pbare necesse est: qui diuersa defēdūt. Et de questione qdē quātū ad presēs negociū pertinebat sufficiēter dictus est. **C**onclusio vō ē argumētis: approbata propositio: de qua eadē fere dici possūt que de p̄positione. Que quoniā diligēter superi⁹ explicata sūt: de argumēto deinceps tractādum videt. **C**argumētum est ratio rei dubie faciens fidem. Hanc semper notiozem questione esse necesse est. Illam si ignota notis probantur argumentum vō rem dubiam probat: necesse est vt q̄ ad fidem questionis affertur: sit ipsa notius questione. **C**Argumentorum vero omnium alia sunt probabilia & necessaria: alia vō probabilia & non necessaria: alia sunt necessaria sed non probabilia: alia nec probabilia nec necessaria. **P**robabile vō est qd̄ videtur vel omnibus vel pluribus vel sapientibus: et his vel omnibus vel pluribus vel maxime notis atq; precipuis: vel quod vnicuiq; artifici s̄m propriam facultatem: vt de medicina medico: gubernatori de nauibus gubernādīs. & p̄terea quod videtur ei cū quo sermo conferitur: vel ipsi qui iudicat. In quo nihil at tinet an verum falsumue sit argumētū: si tamē verisimilitudinē tenet. **N**ecessariū vō est quod vt dicitur ita ē atq; aliter esse nō pōt. Et pbabile ac necessariū est: vt hoc est si quid cuiuslibet rei sit additū totum maius efficitur. **N**eq; .n. quisq; ab hac propositiōe dissentiet: & ita sese habere necesse est. **P**robabilia vero ac nō necessaria sūt: quibus facile anim⁹ acquiescit: s; veritatis non tenent firmitatem: vt hoc. Si mater est diligit filium: necessaria vō sunt ac non probabilia: que ita sese vt dicuntur habere necesse est: s; his facile nō cōsētī auditor: vt ē hoc obiectu lunaris corporis solis euenire defectū. **N**eq; necessaria vō neq; probabilia sūt que neq; i opinione hominū neq; i veritate cōsistūt: vt hoc habere que nō pdiderit cornua Diogenē. Quoniā habet id quisq; quod non pdiderit. Que quidē nec argumēta dici possunt. Argumēta enim rei dubie faciunt fidē. **E**x his autem nulla fides est que neq; i opinione hominū neq; in veritate sūt constituta. Dicit autē pōt nec illa quidem eē argumēta que cum sint necessaria: minime tamē audientibus approbantur. Illā si rei dubie sit fides: cogēdus ē animus auditoris p̄ ea quib⁹ ipse acquiescit: vt conclusiōi quoq; quā nōdū probat possit accedere. **Q**d si que tm̄ necessaria sunt ac nō pbabilia: nō probat ille q̄ iudicat: necesse est: vt ne illud quidem probet: qd̄ ex huiusmodi ratione cōficitur. Itaq; euenit ex huiusmodi ratione que tm̄ necessaria sunt ac non probabilia: non esse argumenta. Sed non est ita atq; hec iterpretatio non recte probabilitatis intelligentiam tenet. Sa sunt enim probabilia: quibus sponte atq; vltro consensus adiungitur scilicet vt mox audita sunt approbentur. Que vero necessaria sunt ac non probabilia: alijs probabilibus ac necessarijs argumentis antea demonstrantur. Cognitaq; & credita ad alterius rei de qua dubitat: fidē trahūt: vt sūt speculationes oēs. i. theorematata que i geometria cōsiderātur. Illā que illic proponūt nō sūt talia: vt his sponte

animus discantis accedat. Sed quoniam demonstratur alijs argumētis: illa quoq; scita & cognita ad aliarum speculationum fidem ducuntur. Itaq; que probabilia non sunt sed necessaria: his quidem auditoribus: quibus nondum demonstrata sunt: ad aliud aliquid approbandum argumenta esse nō possunt. His autem qui prioribus rationibus eorum: quibus non acquiescebant fidem ceperunt possunt ea si quid ambigunt ad argumentum vocare. **S**ed quia quatuor facultatibus differendi omne artificium continetur: dicendum est: que quibus vti nouerit argumentis vt cui potissimum discipline locorum atq; argumentorum pareatur vbertas euidenter appareat. Quatuor igitur facultatibus earumq; velut opificibus differendi oīs rō subiecta. i. dialectico: oratori: philosopho sophiste. Quorū quidē dialecticus atq; orator in cōmuni argumētorum materia versantur. Uterq; enī siue sint necessaria siue minime: pbabilia tamen argumēta sequitur. His igitur ille due species argumēti famulatur q̄ sūt pbabile ac necessariū: pbabile ac non necessariū. **P**hilosophus vero ac demonstrator de sola v̄itate pertractat: atq; ideo siue sint probabilia siue nō: nihil refert dū mō sint necessaria. His quoq; duabus spēbus vti argumēti q̄ sūt pbabile ac necessariū: necessariū ac nō pbabile. **P**atet igitur i quo philosophus ab oratore ac dialectico i p̄p̄ia p̄sideratiōe dissidet in eo scilicet q̄ illis probabilitatē huius v̄itatē p̄stat eē p̄positā. Quarta vō spē argumēti: que neq; argumētū quidē recte dici pōt: vt mōstrauimus supra: sophisticis solis attributa ē. **T**opicorum vō itentio est verisimilium argumētorum copiā demonstrare. Designatis enī locis ex quib⁹ probabilia argumēta ducūt: habūdās & copiosa necesse ē fiat mā differēdi. Sed qm̄ (vt supra dictū ē) probabilibus argumētōrū alia sunt necessaria alia non necessaria cum loca probabilium argumentorum dicuntur: euenit vt necessariorum quoq; dicant. Quo fit vt oratoribus quidē ac dialecticis hec principaliter facultas pareatur. Secundo vero loco philosophis. **M**ax i quo probabilia quidē oīa cōquirūt: dialectici atq; oratores iuuātur. In quib⁹ vero pbabilia ac necessaria docētur philosophie demonstratiōi ministratur vbertas. **N**ō mō igitur dialecticus atq; orator: verū ē demonstrator: ac vere argumētatiōis effector bēt quod expositis locis possit assumere cū iter argumentorum pbabiliū locos necessariorū quoq; p̄ncipia traditio mixta cōtineat. Illa vero argumēta: q̄ necessaria qd̄ sūt: sed nō pbabilia: atq; illud vltimū gen⁹. s. nec pbabile nec necessariū: a propositi operis cōsideratione scitū ē: nisi quod iterdū quidam sophistici loci exercendi gratia lectoribus adhibebuntur. Quos circa topicorum pariter vtilitas intentioq; patefacta est. His enim & dicendi facultas & inuestigatio veritatis augetur. **I**llam q̄ dialecticos atq; oratores locorum iuuat agnitio: orationi per inuentionem copiam p̄stat: q̄ vero necessariorum doctrinam locorum pbilosophis tradit: viam quodāmodo veritatis illustrat. Quo magis peruestiganda est rimandaq; iterius disciplina: eaq; cū cognitiōe percepta sit: visu atq; exercitatiōe firmāda. **M**agnū enī aliqd̄ locorū cōsideratio pollicetur. s. inueniēdi vias. Quod quidē hi q̄ sūt huius rationis expertes: soli prorsus deputāt ingenio neq; itelligūt quātum hac cōsideratiōe queratur q̄ i artē redigit vim & potestates nature. Sed de his batenus. **N**unc de reliquis explicemus.

CDe differentijs

Argumentū

Probabilis arg^m

Necessariū
Probabilis
mā

Probabilis nō
mā

Neq; prob
mā